



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

xviiij. De causis extrinsecis, & intrinsecis cessationis, & conditionibus ad  
illam ritè ferendam requisitis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

& in facto consistat, facta vero infecta esse non possunt, unde, non obstante appellatione, nihilominus a diuinis cessatur; Interdictum autem, cum ad iuris effectus pertineat, nullum est ipso iure, si post appellationem decernatur, arg. cap. Ad hæc quoniam, de appella. & c. is, cui, §. vlt. de sent. exc. lib. 6. Cou. vbi supra.

*Quinto*, Cessatio non est Censura proprie dicta; Interdictum autem Censura est capit. Querenti, de verb. signific. *Sexto*, celebrans in loco interdicto, incurrit irregularitatem ex eo quod violat interdictum, per interdictum enim violatum efficitur quis suspensus, cap. fin. de excess. prælat. suspensus vero celebrans irregularis efficitur, ca. 1. de sent. & re iudic. lib. 6. & cap. cum medicinalis, §. fina. & cap. is qui, §. is, de sent. excom. lib. 6. Panorm. in cap. dilectis filijs, numer. 18. 19. & 20. de appell. Syluest. verbo, Interdictum, §. q. 4. §. Primum. Tabiena; verbo, Interdictum, §. in penac. Couar. in c. Alma mater, §. 2. num. 3. de sent. exc. lib. 6. Prædicta intellige de eo, qui ministrat in Ordine sacro solemniter, quem habet, & a cuius executione suspensus est, & qui celebrauerit tempore interdicti generalis, quod in Ecclesia Matrice seruatur, si enim in ea non seruatur, irregularis non esset, vt notat Couar. in ca. Alma mater, §. 2. num. 3. vers. Hæc autem irregularitas, de sent. excom. lib. 6. & Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 5. cap. 6. §. 2. nome. §. & Federic. consil. 23. 1. Qui vero celebrat, vel ministrat contra cessationem a diuinis, non fit irregularis, glof. in cap. si canonici, in verbo, Cessare, de offic. Ordin. lib. 6. Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 3. princip. Concluf. 4. Panor. in cap. dilectis filijs, nu. 18. & 19. de appell. Anton. Imola, & Franc. ibi, Bonifac. in Clem. 1. colum. penult. num. 60. de sent. excommu. Summa Pisaneffa, verbo, Cessatio, §. 1. Syluest. verbo, interdictum, 1. q. 1. in fine, vbi ait ita communitur sentire DD. in cap. itrefragabili, ceterum, §. de offic. Ordin. & ibi Innoc. & idem Syluest. in verbo Cessatio, q. 5. in fine, vbi ait Sum. Rosell. & Sum. Pisan. idem sentire. Sorus 4. d. 22. q. 3. art. 2. vers. De penis autem & Martin. Ledesm. 2. 4. qua. 26. art. 2. post tract. de Interdicto, Frat. Medina, lib. 1. Instru. Confess. ca. 11. §. 14. Tabiena, verbo, Interdictum, 1. §. Sexto, in fine. Cosinus Philarchus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. c. 4. Marc. Anton. Cucchius lib. 4. Institut. Iuris Canon. titu. 13. Jacob. de Graffijs, lib. 4. de off. cap. 23. num. 2. Gregor. de Valentia, tomo 4. Disput. 7. quaest. 19. Panctio 4. Toletus lib. 1. cap. 23. Nau. in Man. cap. 17. nu. 188. Henriquez lib. 1. 3. cap. 52. §. 1. & c. 54. §. 3. & Couar. in cap. Alma mater, §. 2. par. 2. num. 3. de sent. excommu. lib. 6. quamuis dubius magis in hanc partem propendat. Ratio est: quia, vt habetur in c. is qui, de sent. excom. lib. 6. irregularitas non incurritur nisi in casibus a iure expressis; iure autem hoc non cauetur nisi in violatione interdicti, quod est censura Ecclesiastica, & ideo pena hæc ad cessationem a Diuinis, eiusque violationem extendenda non est, vt sententia communis DD. confirmat; Et quidem quoad violentiam cessationem specialem, res est in confesso apud omnes; Quoad vero cessationem generalem ab eo indictam, qui poterat interdicere, nonnulli, vt Ioan. Calderin. de Eccl. Interd. fol. 2. colum. 4. Anchar. & Franc. in c. si canonici, post Ioan. Andr. ibi, de offic. Ordin. lib. 6. Innoc. in cap. Non est vobis de sponsal. & ibi Preposit. & Felin. in cap. itrefragabili, ceterum, de offic. Ordin. in antiq. Gonsalus a Villa diego tract. de irregu. cap. de interdicto, colum. vlt. S. Anton. 3. part. tit. 27. de interdicto, cap. 3. ante medium. Angelica, verbo, cessatio, in princip. & Simon. Maiol. lib. 3. de irreg. cap. 20. num. 11. vers. Hæc autem, & fauet Palud. 4. dist. 18. q. 8. art. 3. princip. Concluf. 4. existimant, violentiam cessationem generalem a Diuinis incurrit irregularitatem, eo quod in Clement. 1. de sent. excom. cessatio generalis a Diuinis, & interdictum æquiparantur. Ceterum alij omnes DD. quos superius enumerauimus, nec violentiam cessationem generalem irregularem esse docent; Neque enim in d. Clement. 1. æquiparantur quoad omnia, sed solum quoad effectum incurritur de sententiam excommunicationis; Agitur enim ibi contra Regulares exemptos, qui non seruant interdictum, aut cessationem generalem a Concilio Prouinciali facta vel a Cathedrali, aut Ecclesia Matrice seruata; ad

ditque huiusmodi regulares eam non seruantes ipso iure excommunicationem incurritur; licet cessatio generalis a capitulo Ecclesie Cathedralis, aut a solo Episcopo imponatur; Quam tamen excommunicationem non incurrit Regulares, si cessationem specialem violent, vt expresse Angel. vbi supra. nu. 1. & Cucchius testantur. Immo Mendicantes, diu violant cessationem generalem non incurrit excommunicationem, quia speciali privilegio eximantur, vt Henriquez lib. 13. c. 54. §. 3. testatur, post Syluest. verbo, Cessatio, 1. q. 4. in fine. Cum igitur in d. Clem. æquiparentur solum quoad penam excommunicationis in ordine ad Regulares & penæ non sint extendendæ, consequens est, vt nec cessationem generalem violans irregularis efficiatur maxime, cum hæc non nisi in casibus a iure expressis incurritur c. is qui, de sent. excom. lib. 6. vnde, neque verum est quod Couar. vbi supra addit, paria esse hæc duo, etiã quoad irregularitatem contrahendam, vbi quis diuina officia publice, & ianuis apertis celebraret in loco, vbi cessatio generalis imponitur: non enim satis est ad irregularitatem contrahendam paritas rationis, sed opus est, vt iure exprimat, arg. c. is qui, de sent. excom. lib. 6. ideoque Nicolaus Dionysius de Perusio in d. cap. is qui, dicere solebat, quod qui dicit aliquem esse irregularem, casum legis adducere debet, vt Simon Maiol. lib. 1. de irreg. c. 2. nu. 2. testatur.

*13* Hinc infertur primo falli eos, inter quos sunt S. Anton. 3. par. titu. 27. tract. de interdicto, c. ante medium Angelica, verbo, Cessatio, in prin. & Syluest. verbo, Cessatio, nu. 1. & Sorus, 4. d. 22. q. 3. art. 1. Concl. 4. qui arg. d. Clement. 1. de sent. excommu. existimant cessationem a Diuinis generalem idem esse quod antiquum Interdictum, seu Interdictum strictissimum, & Alphonsus Vualdus in suo Candelabro, par. tertia, tract. de Cessatione a diuinis, nu. 5. fauet. Quorum opinio satis ex dictis refutatur, præterquam quod in interdicto generali manet communiter diuina officia aliquo modo, & pro aliquo tempore, sicut priuatio supponit manere subiectum cum aptitudine secundum locum, & tempus; Cessatio autem est totalis ommissio, seu negatio officiorum.

*14* Infertur secundo, Cessationem a Diuinis duplicem esse, vnam generalem, alteram specialem: Generalis est illa, quæ in loco Vniuersali imponitur vt in Regno Castro, Ciuitate Villa, immo & in Parochia, ex Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. post tract. de interdicto, Nauar. in Manual. ca. 27. num. 188. & Henriquez lib. 1. 3. cap. 52. §. 1. Specialis est illa, quæ in loco particulari ponitur, puta in vna, vel pluribus Ecclesijs.

## De causis extrinsecis, & intrinsecis cessationis, & conditionibus ad illam ritè ferendam requisitis.

### Cap. XVIII.

#### SUMMARIUM.

- 1 Cessatio a Diuinis quid facti est, nec ipso iure incurritur.
- 2 Cessatio a solo homine imponi potest, non tamen a quocumque.
- 3 Cessationem a Diuinis Episcopus iure proprio, & ordinario imponere potest.
- 4 Cessationem a Diuinis Collegium, seu Capitulum Sede vacante imponere valet.
- 5 Cessationem a Diuinis capitula, & Collegia ex privilegio seu consuetudine præscripta, an, & quomodo imponere possint.
- 6 Cessationem a Diuinis Concilia Prouincialia, & Episcopalia ponere possunt.
- 7 Cessationem a Diuinis quis iure ordinario relaxare valeat.
- 8 Cessationem a Diuinis, Episcopus ad tempus, vel ad vnum locum suspendere potest, non tamen pro vno officio, & quæ huius ratio sit.

- 9 *Ceſſatio a Diuinis quam ob cauſam poni ſolet.*  
 10 *Ceſſatio a Diuinis lumen vnicuique ad repellendas iniurias Eccleſiæ factas appellatur.*  
 11 *Forma verborum in ceſſatione imponenda quamam ſit.*  
 12 *Ceſſationis imponenda cauſa iuſta, rationabilis, & mani- feſta eſſe debet.*  
 13 *Ceſſatio a Diuinis, vt ritè, ac debito modo imponatur, quæ conditiones requirantur.*  
 14 *Ceſſatio quando indicenda eſt, omnes de Capitulo, etiam abſentes vocari debent.*  
 15 *Ceſſationis cauſa, in ſtrumento publico, ſeu literis patenti- bus publico ſigillo munitis, maniſeſtanda eſt.*  
 16 *Ceſſatio a Diuinis, an deſicientibus requiſitis condi- tionibus ſeruanda.*  
 17 *Ceſſatio a Diuinis an ſeruanda ſit, quando is, propter quem ceſſatur, eam non ſeruat.*  
 18 *Argumentum a contrario ſenſu validum eſt, quando con- trarium in iure non exprimitur.*  
 19 *Ceſſatio a Diuinis an tolli poterit ab eo, qui nullam po- ſuit, ſi elapſo menſe ad arripiendum iter ad Curiam Ro- manam, partes adinuicem conueniant.*

**Q**uod Cauſam efficientem, illud imprimis ex comu- ni DD. conſenſu certum eſt, nullam ceſſationem a Diuinis iure ipſo incurri, aut imponi propter quod deũ que erimen; quod eſt maximum diſcrimen a ceteris cenſuris, quæ paſſim ipſo iure imponuntur, ideoque communiter dici ſolet, Ceſſationem eſſe quid facti eo quod non incur- ritur ipſo iure, ſed ſolum iure conceditur facultas, vt eam Iudex decernat, quando expedite viſum fuerit. Sic Panor. in cap. Dilectis filijs num. 18. de appellat. Sylueſt. verbo, interdicit. 1. q. 1. in fine. Couar. in cap. Alma mater par. ſecunda, §. ſecundo numero primo, de ſenten. excom. nu- nic. libro 6. Sotus, 4. d. 22. q. 3. Articulo 2. Concluſ. 1. Toletus libro primo, c. 23. Henriquez lib. 13. ca. 42. §. 1. & c. 54. §. 1. A ſolo autem homine imponitur, non tamen a quo- eunque, ſed ab habente ad id auctoritatem, vel a conſue- tudine.

**2** Et qui ſe Episcopus eam iure, & officio proprio, & ordi- nario imponere poteſt ex gloſ. in c. ſi Canonici, in ver- bo, *Ceſſare* de offic. Ordin. libro 6. vbi aſſerit Canonicos Sede vacante eam imponere poſſe, quia ſuccedunt in Iuriſ- dictione Episcopi Ordinariam, ergo ſignificat Episcopum eam auctoritate propria & ordinaria imponere poſſe, & eſt communis DD. Soti, 4. d. 22. quaſt. 3. Articulo 2. Con- cluſ. 3. Couar. in ca. Alma mater, par. ſecunda, §. ſecundo, numero 6. de ſent. excomm. lib. 6. Toleti libro primo, Inſtruct. Sacerd. capitulo 23. Henriquez libro 13. capitulo 54. §. primo, poſt Sylueſt. verbo, *Ceſſatio*, in princip. & ſig- nificat Palud. 4. diſt. 18. quaſt. 8. Articulo tertio, princip. Concluſ. 4. vbi notat quod vbi dubium eſt, an Prælatuſ im- ponere voluerit Ceſſatione, vel interdicitum, præſumitur potius interdicitum ponere voluiſſe, ex Couar. cit. Idem quod Episcopus, poteſt etiam quilibet poteſtatem Episcopalem habens.

**4** *Secundo.* Quamvis Capitulum viuente Episcopo eam imponere non poſſit, & ſi eam imponat ſine Episcopi cõ- ſenſu, Episcopus eam tanquam inualidam reuocare, & tollere poteſt; arg. cap. irrefragabili, §. ceterum, de offic. Ord. Sotus, 4. diſt. 2. quaſt. 3. articulo 2. Concluſ. 3. Sede tamen vacante Capitulum, ſeu Conuentus, ſeu Collegium tam Regularium, quam ſecularium Eccleſiarum eam po- nere poteſt.

**5** *Tertio,* eam imponere poſſunt Capitula, & Conuentus prædicti, quando id ex priuilegio, vel conſuetudine præ- ſcripta habent; in quo tamen caſu requiritur Episcopi, ſeu Prælati conſenſus alias ceſſationem illam Episcopus tolle- re poteſt; & inſuper etiã conuocari oportet omnes Cano- nicos & abſentes etiam, qui commode venire poſſunt, vo- candi ſunt, vt maior pars Capituli cõſentiat decerni Ceſ-

ſationem. Quæ omnia colliguntur ex citrefragabiliſſis ce- terum, de offic. Ord. in antiq. & c. ſi canonici, & c. Quam- uis, eod. tit. lib. 6. Card. in Clem. 1. de ſent. exco. Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 2. Concluſ. 3. Couar. in c. Alma mater, par. 2. §. 2. nu. 6. de ſent. exco. lib. 6. Toletus li. 1. c. 123. §. Quarto. Henriquez lib. 13. c. 54. §. 1.

**6** *Quarto.* Concilium Provinciale, & Episcopale ceſſatio- nem a Diuinis indicare poſſunt, argu. Clem. 1. de ſent. exco. Card. ibi, in §. Quod etiam, & Bonifac. in d. Clem. 1. nu. 48. vt referat, ac ſequitur Couar. vbi ſupra.

**7** *Qui interdicitum iure ordinario relaxare valet,* etiam Ceſſationem relaxare poteſt, ſcilicet, qui eam tulit, aut ſuperior illius aut ſucceſſor in dignitate, & officio; immo, etiam poteſt auctor, vt Episcopus, aut Iudex delegatus, & ad tempus, vel ad vnum locũ, puta, pro vna Ciuitate Eccleſiæ, aut Monasterio ſuſpendere, vt notat Henriquez lib. 13. ca. 54. §. 2. vbi ait ita præctatum fuiſſe Salmanticæ no- no 1584. poſt multorum ſapientum conſultationem; Non tamen ea ſuſpendere poteſt pro vno tantum officio, puta pro Miſſa noua, aut pro ſepultura, ſed hoc a ſolo Papa ſci- ti poteſt; Ratio eſt; quia ceſſatio, ſicut, & excommunica- tio ita habet a iure determinatum effectũ, vt omnes eius effectus ſint connexi, vt idem Henriquez notat lib. 13. cap. 3. 2. §. 1. & c. 54. §. 2. Quare, ſi Episcopus concedat, vt occul- tẽ in vno Monasterio, aut Capella dicatur Miſſa, conſeſſio hæc ipſo iura extenditur, vt tunc ibidem etiam fieri poſ- ſint alia officia.

**9** *Vt autem Eccleſia ceſſatione a Diuinis ob iniuriam ſuſceptæ propulſionem,* qua Eccleſia, vel aliquis de Ec- cleſiã ſit affectus; ex Summa Piſanella, in verbo, *Ceſſatio*, in principio, & Soto, loco inferius citando; ceſſatioque a can- ticis ſuis legitime, & laudis Diuinæ, iuxta illud *Psalm. 136. In ſalutibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra.* Sic enim Iſraeliticus populus in Babiloniã captiuus ductus, quibus in templo ſacrificabat, ſuſpendit, & petentibus Ba- bylonicis, vt quæ in templo conſueuerant, canerent, reſpon- derunt; *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra alie- na?* ita Eccleſia in vitium anguſtias coacta, ceſſatione a Diuinis afflictionem ſuam ſignificat. Et merito; Quos e- nim iure, & ordine, ac alijs cenſuris vincere corrigere, & ad poenitentiam inducere non poteſt ſaltem hoc tamin- genti doloris ſenſu rebelles vult exterreri; vnde ceſſatio hæc a Clemẽte Papa V. *Lumen vnicuique ad repellendas iniurias Eccleſiæ factas,* appellatur, Clem. 1. de ſent. exco. prop. fine, Sot. 4. d. 22. q. 3. art. 2. Concluſ. 2. Henriquez lib. 13. c. 51. §. 2. Qui ſinis ſi adſit, & cauſa legitima, non minus expe- dit ceſſatio, quam interdicitum, aut alia Eccleſiæ Cenſura.

**11** *Forma vero verborum qua imponenda eſt ceſſatio, ſimili- lis eſt formæ interdicitum loci, nimirum, Nos ob talem cauſam, Ciuitatem, Villam aut Eccleſiam talem a Diuinis officijs ceſſa- re præcipimus &c.* ante quam tamen præcedere debet ad- monitio, vt ſciatur, an a contumacia diſcedere velit.

**12** *Sed, & cauſa, ob quam imponenda eſt, iuſta, rationa- bilis, & maniſeſta eſſe debet, nec ſatis eſt probabili ratione, & coniectura colligi factam fuiſſe offenſam; Neque contumacia, aut offenſa quilibet ſatis eſt, ſed grauior multo contumacia, & iniuria notoria requiritur, quam quæ ad imponendũ interdicitum adhæri ſolet, quæ etiam cauſa in literis ſidem facientibus exprimenda eſt, ex Soto 4. d. 22. q. 3. art. 2. Concluſ. 3. Henriquez lib. 13. cap. 52. §. 1. Summa Cor. ſel. lib. 3. tit. 3. q. 221. & Summa Aſſenſi, par. 2. lib. 7. tit. 16. artic. 8. & colligi poteſt ex cap. irrefragabili, §. ceterum, de offic. Ordin. antiq. & c. ſi canonici, & c. Quæ- uis, eod. titu. libro 6. vnde nec pro penſione ſubtracta, nec pro alia minima offenſa ceſſatio imponi debet, ſed propter grauem iniuriam, vt quia ſunt ſtatuta contra Eccle- ſiæ libertatem, aut quia imponuntur Clericis tallur, aut quia detinetur canonicus, vel electus per poteſtatem ſecula- rem, & huiusmodi ex Aſſenſi vbi ſupra.*

**13** *Vt autem Ritè, & debito modo ceſſatio imponatur, de- cem requiruntur conditiones, vt colligunt Summa Aſſen- ſi, par. 2. lib. 7. titu. 16. art. 8. Angelica, verbo, *Ceſſatio*, num. 3. Sylueſt. verbo, *Ceſſatio*, num. 2. qu. 1. Tabiena, ver- bo, interdicitum, 1. num. 7. §. Sexto Sotus, 4. d. 22. q. 3. arti- cul. 2. Concluſ. 3. Henriquez lib. 13. cap. 52. §. 2. & Marcus*

Antonius Cucchius lib. 4. Institut. Iuris Canon. tit. 13. Ioa. Andr. & DD. communiter, in c. si canonici, & c. Quamuis, de offic. Ordin. lib. 6.

*Prima est*, vt imponens Cessationem habeat potestatem a iure, vel consuetudine, vt eam ferre possit in illum locum.

*Secunda est*, vt quando Cessatio est indicenda, vocentur omnes de Capitulo, vel de Conuentu, etiamsi absentes sint. Ratio est: quia eodem modo inducenda est Cessatio, quo electio est faciendā: Cum igitur ad electionem faciendam omnes, qui interesse possunt, & debent, etiam absentes vocandi sint, aliter nulla esset electio sic etiam ad imponendam Cessationem, vt de electione habetur in cap. Coram dilecto, & c. Quia propter, & ibi glossa in verbo, electio, 1. num. 6. q. 5. & de Cessatione, in c. Quamuis, de offic. Ordin. lib. 6.

*Tertia est*, vt de causa cessandi diligenter, tractetur, priusquam cessetur.

*Quarta est*, vt fiat deliberatio, & hoc per maiorem partem Capituli, seu Conuentus: siquidem, in d. c. Quamuis, cessatio aequi paratur electioni, certum autem est, electionem faciendam esse cum maiori parte; Quo fit, vt si ex Capitulo, vel Conuentu vna pars concordet in Cessationem, & alia contradicat, ita, vt sit indifferens, indici non possit Cessatio; vnde, accedere debent duę partes necessariorum, nec satis est, vt sit maior pars, sed debet esse sanior, sicut in electione, cap. Quia propter, & ibi glossa in verbo, Sanior, & c. Ecclesia vestra, de elect. Sylue. verbo, Electio, 1. num. 11. q. 9. Reliqua etiam ad electionem necessaria hic applicanda sunt.

*Quinta est*, vt offensa, & causa, propter quam cessant, manifesta, & notoria sit: vnde non satis est quod probabilibus rationibus agatur contra illum, contra quem volumus cessari, sed debet esse manifesta, & notoria causa, ob quam imponitur, arg. l. Negantes, C. de action. & oblig. Nec contrarium consuetudine introduci potest quia esset Ecclesiis onerosum, argum. cap. Consuetudines, & c. cum venerabilis, de Consuetud. Angelica, verbo, Cessatio, numero tertio, Sylue. verbo, eod. q. 1. & Henriquez lib. 13. c. 53. secundo.

*Sexta est*, Quod causa sit rationabilis, arg. c. irrefragabilis, ceterum, de offic. Ordin.

*Septima est*, Quod ante cessationem instrumento publico, vel patentibus literis authentico sigillo munitis causa cessationis manifestetur.

*Octaua est*, Quod illud instrumentum, vel literę tradantur ei, contra quem cessatur.

*Nona est*, vt ille moneatur, & requiratur an velit ante cessationem emendare offensam, quod si noluerit, poterunt Cessationem indicere.

*Decima est*, vt intra mensem a die cessationis, tam cessationem imponens, quam is contra quem cessatur, per se vel per procuratores sufficienter instructos, iter arripiant ad Sedem Apostolicam, & continuatis diebus quam cito commode poterunt se Apostolicę Sedi representent, vt causa cognita Summus Pontifex de remedio prouideat, ne Ecclesia diu in tali afflictione permaneat, vt ex cap. Quamuis, & DD. ibi de offic. Ordin. lib. 6. & Summistis colligitur.

*16. Quæres tamen primo*, An seruanda sit cessatio a Diuinis, vbi non seruantur prædictę conditiones? *Respondeo* quod non; & similiter si pars quę cessationem posuit, eam non seruat, nec alij eam seruare tenentur, Angelica, verbo, Cessatio, numero tertio, in fine, & Sylue. verbo, Cessatio, quæst. prima, in fine, qui pro hac sententia referunt Io. Monach. & Goffred. in c. si Canonici, de offic. Ord. lib. 6. & est communis sententia.

*17. Quæres secundo*, An econtrario seruanda sit cessatio a Diuinis, quando is propter quem cessatur, eam non seruat? *Respondeo* quod sic; Quia text. in cap. Quamuis, de offic. Ordin. libro 6. solum ait seruandam non esse, quando is, qui eam tulit, prædictas conditiones tam in cessando, quā in veniendo seu mittendo ad Sedem Apostolicam non seruat, ergo a contrario sensu, si is, contra quem cessatur, iter non arripiat, nihilominus seruari debet cessatio; Quod argu-

mentum a contrario sensu validum est, quando contrarium in iure non exprimitur. Ratio esse potest: quia alias pars per suam contumaciam irritaret actum Iuridicum Ecclesię, & partis læsę & commodum ex peccato suo reportaret; & id expresse docent Sylue. verbo, Cessatio, q. 2. & Sotus, 4. d. 2. q. 3. art. 2. post Conclusionem tertiam, §. Hinc autem quidam.

*19. Quæres tertio*, An si elapso mense ad arripiendum iter ad Curiam Romanam, partes adinuicem conueniant, poterit cessatio tolli ab eo qui illam posuit? *Respondeo* cum Soto vbi supra, Tolet. libro primo, capitulo 23. & Henriquez lib. 13. de excom. cap. 52. §. secundo, in fine, posse, nec opus erit adire Summum Pontificem; Ratio est: quia mens, & intentio Summi Pontificis in ca. Quamuis, de offic. Ordin. lib. 6. ea sola fuit, vt quam cito prouideretur Ecclesię, & damnis quę ex huiusmodi cessatione eueniret, si Ecclesia diu sine Diuinis cessaret; Cum igitur inter se partes conueniant, non est quod Romanum Pontificem adeant, sed statim citra iussum Pontificis cessatio tolli potest auctoritate eius, qui eam posuit.

### Quid tempore Cessationis circa officia Diuina, & Sacramenta licitum sit; Et de penis iniuste cessantium, & dantium causam iustę cessationis. Cap. XIX.

#### S Y M M A R I V M.

- 1 Academia Salmanticensis quedam circa officia diuina, & Sacramenta tempore cessationis a Diuinis notatu digna decreuit.
- 2 Cessatione durante, officia diuina in Ciuitate, aut loco ubi ea posita est, celebrare non licet.
- 3 Eucharistię Sacramentum, qualibet hebdomada semel, non obstante cessatione, a sacerdote cum vno solo ministro fieri, & consecrari potest.
- 4 Horas canonicas, an bini, vel terni simul tempore cessationis a Diuinis recitare possint.
- 5 Horas canonicas Episcopi, & Regulares, vt simul cum alijs recitare possint tempore cessationis, priuilegium habent.
- 6 Cessatio a Diuinis, in festis illis, in quibus suspenditur interdictum, Generale etiam suspensum censetur.
- 7 Sacramenta Baptismi, & confirmationis cum solitis solemnitatibus, cessationis generalis tempore conferri possunt.
- 8 Penitentię Sacramentum tam sanis, quam infirmis, cessationis tempore ministrari valet.
- 9 Eucharistię Sacramentum infirmis dari, & portari cum solemnitate cessationis tempore potest.
- 10 Extremitatis unctionis Sacramentum cessationis generalis tempore nulli dari potest.
- 11 Ordo cessationis tempore, nisi graui urgente necessitate, conferri nequit.
- 12 Matrimonium, licet cessationis tempore contrahi possit, benedici tamen nequit.
- 13 Sepultura Ecclesiastica, non solum Sacerdotibus, sed alijs etiam clericis in Cemeterio cessationis tempore dari potest.
- 14 Laici cessationis tempore sepultura Ecclesiastica non sunt donandi.
- 15 Priuilegia, & Bullę concedentes facultatem audiendi Missam tempore interdicti, tempore cessationis etiam generalis non valent.